



LATEIN-Reifeprüfung 2020

Prüfungstexte zu den Themenkreisen

Gestalten aus Mythologie und Geschichte.

Themenkorb 1: Gestalten der antiken Mythologie.

Text 1a: Ödipus: Ödipus erkennt die schreckliche Wahrheit.

(Hygin, Fabulae 67; in: MIR EM S. 154; 71 Wörter)

Dum haec Thebis geruntur, Corinthi Polybus decedit. Quo audito Oedipus moleste ferre coepit aestimans patrem suum obisse; cui Periboea de eius suppositione palam fecit. Item Menoetes senex, qui eum exposuerat, ex pedum cicatricibus et talorum agnovit Lai filium esse.

Oedipus re audita postquam vidit se tot scelera nefaria fecisse, ex veste matris fibulas detraxit et se luminibus privavit, regnumque filiis suis alternis annis tradidit et a Thebis Antigona filia duce profugit.

- Hygin
- Thebanischer Sagenkreis
- Schuldfrage
- Ödipuskomplex
- Aufgaben S.155

Text 1b: Agamemnon: Agamemnons Frevel.

(Hygin, Fabulae 98; in: MIR EM S. 156; 106/125 Wörter)

Cum Agamemnon Menelao fratre Achaiae delectis ducibus Helenam, uxorem Menelai, quam Alexander Paris avexerat, repetitum ad Troiam cum irent, in Aulide tempestas eos ira Dianae retinebat, quod Agamemnon in venando cervam eius violavit superbisque in Dianam est locutus. Is cum haruspices convocasset et Calchas se respondisset aliter expiare non posse, nisi Iphigeniam filiam Agamemnonis immolavisset. Re audita Agamemnon recusare coepit. Tunc Ulixes eum consiliis ad rem pulchram transtulit. Idem Ulixes cum Diomede ad Iphigeniam missus est adducendam, qui cum ad Clytaemnestram matrem eius venisset, ementitur Ulixes eam Achilli in coniugium dari. Quam cum in Aulidem adduxisset et parens eam immolare vellet, Diana virginem miserata est et caliginem eis obiecit cervamque pro ea supposuit Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit ibique templi sui sacerdotem fecit.

- Hygin
- Homerische Epen
- Trojanischer Krieg
- Artemis / Diana

Themenkorb 2: Gestalten aus der Geschichte.**Text 2a: Alexander der Große: Der gordische Knoten.**

(Iustinus 11, 7,3 ff. (gek.); in: MIR EM S. 158; 65 Wörter)

Post haec Gordien urbem petit, quae posita est inter Phrygiam maiorem et minorem; cuius urbis potiundae non tam propter praedam cupido eum cepit, sed quod audiverat in ea urbe in templo Iovis iugum Gordii positum esse.

(Gemäß einem alten Orakelspruch werde der über ganz Asien herrschen, der den um dieses Joch geschlungenen Knoten lösen könne.)

Igitur Alexander capta urbe cum in templum Iovis venisset, iugum plaustris requisivit. Quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus gladio loramenta caedit.

- Alexander der Große – Biographie
- historischer Kontext
- Sprache/Form: „Historisches Präsens“

Text 2b: Hannibal: Nach der Schlacht.

(Livius, 22, 51 (gek.); in: MIR EM S. 162; 67 Wörter)

Maharbal praefectus equitum, minime cessandum esse ratus, "Die quinto" inquit, "victor in Capitolio epulaberis. Sequere me! Cum equitibus praecedam, ut prius sciant te venisse quam venturum esse." Hannibali nimis laeta res visa est maiorque, quam ut eam statim capere animo posset. Itaque voluntatem se laudare Maharbalis ait; sed ad consilium pensandum temporis opus esse. Tum Maharbal: "Non omnia eidem di dederunt. Vincere scis, Hannibal; victoria uti nescis."

- Hannibal – Biographie
- histor. Kontext (Pun. Kriege)
- Äneas & Dido
- sprachliche Besonderheiten im Text

Der Mensch in seinem Alltag.

Themenkorb 3 : Sklaverei.

Text 3a: Wer ist ein Sklave?

(Marcianus, Dig. 1,5,5 (gek.); in: MIR blau S. 140; 80 Wörter)

servorum quidem una est condicio: liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini. (...) Servi nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur aut qui ex ancillis nostris nascuntur. Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt: Sufficit enim liberam fuisse eo tempore quo nascitur, licet ancilla concepit. Et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci (nec interest iustis nuptiis concepit an vulgo), quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre est.

- Corpus Iuris Civilis
- Zwölftafelgesetz
- Juristenlatein
- Sklaverei bei den Römern

Text 3b: Auch Sklaven sind Menschen.

(Seneca ep. 47, (gek.); in: MIR blau S. 104; 135 Wörter)

Libenter ex iis qui a te veniunt cognovi familiariter te cum servis tuis vivere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. 'Servi sunt.' Immo homines. 'Servi sunt.' Immo contubernales. 'Servi sunt.' Immo humiles amici. 'Servi sunt.' Immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. (...)

„Quid ergo? Omnes servos admovebo mensae meae?“ Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum. Non ministeriis illos aestimabo sed moribus: sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint; si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet. Non est, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire.

- Seneca
- Epistulae morales
- Stoa
- Sklaverei in der Antike

Politik, Rhetorik und Manipulation.

Themenkorb 4: Große Reden großer Redner.

Text 4a: Der Fall Catilina: Ciceros erste Rede vor dem Senat.

(Cicero, Cat.1,1 f., in: MIR blau, S. 66; 84 Wörter)

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?
Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet?
Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?
Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae,
nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium,
nihil hic munitissimus habendi senatus locus,
nihil horum ora voltusque moverunt?
Patere tua consilia non sentis,
constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides?
Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris,
quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores!

- historischer Hintergrund (der Polit-Fall Catilina)
- Partes orationis
- Stilmittel
- Verfassungskreislauf nach Polybios

Text 4b: Catilinas Rede vor der Entscheidungsschlacht.

(Sallust, Cat. 58, in: MIR blau, S. 68; 152 Wörter)

Praeterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo inpendet: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus, illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum. Quo audacius aggredimini memores pristinae virtutis! Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere (...): quia illa foeda atque intoleranda viris videbantur, haec sequi decrevistis. Si haec relinquere voltis, audacia opus est; nemo nisi victor pace bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, (...) ea vero dementia est. Semper in proelio iis maximum est periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur. Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [omnes iam diu] machinaris.

- historischer Hintergrund (der Polit-Fall Catilina)
- Partes orationis
- Stilmittel
- Verfassungskreislauf nach Polybios

Liebe, Lust und Leidenschaft.

Themenkorb 5: Catulls Liebesdichtung.

Text 5a: Wir gegen den Rest der Welt.

(Catull, c. 5, in: MIR grün, S. 68; 82 Wörter)

Vivamus mea Lesbia, atque amemus,
rumoresque senum severiorum
omnes unius aestimemus assis!
soles occidere et redire possunt:
nobis cum semel occidit brevis lux,
nox est perpetua una dormienda.
da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum.
dein, cum milia multa fecerimus,
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis malus invidere possit,
cum tantum sciat esse basiorum.

- Catull
- Neoteriker
- Lesbia-Gedichte
- Metrik
- Stilmittel

Text 5b: Einst und jetzt

(Catull, c. 72, in: MIR grün, S. 46; 57 Wörter)

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
dilexi tum te non tantum ut vulgus amicam,
sed pater ut gnatos diligit et generos.
nunc te cognovi: quare etsi impensius uror,
multo mi tamen es vilior et levior.
qui potis est, inquis? quod amantem iniuria talis
cogit amare magis, sed bene velle minus.

- Catull
- Neoteriker
- Lesbia-Gedichte
- Metrik
- Stilmittel

Themenkorb 6: Ovids Liebesratgeber.

Text 6a: Rom als ideales Jagdrevier.

(Ovid, ars amat. 1, 42 ff.; in: MIR grün, S. 52; 111 Wörter)

Dum licet, et loris passim potes ire solutis, elige cui dicas „Tu mihi sola places!“	
Haec tibi non tenues veniet delapsa per auras: Quaerenda est oculis apta puella tuis.	
Scit bene venator, cervis ubi retia tendat,	45
Scit bene, qua frendens valle moretur aper;	
Aucupibus noti frutices; qui sustinet hamos, Novit quae multo pisce natentur aquae:	
Tu quoque, materiam longo qui quaeris amori, Ante frequens quo sit disce puella loco.	50
<i>Nicht bei der Suche dem Winde die Segel zu lassen, gebiet' ich; Um sie zu finden, musst du nicht lange Wege erst gehen (...)</i>	
Tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas,	55
„Haec habet“, ut dicas „quicquid in orbe fuit.“	
Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, Aequore quot pisces, fronde teguntur aves,	
Quot caelum stellas, tot habet tua Roma puellas: Mater in Aeneae constitit urbe sui.	60

- Ovid – Biographie
- Ars amatoria
- Metrik – Eleg. Distichon
- Stilmittel
- Vergleiche
- Stammvater Aeneas

Text 6b: Anbandeln auf der Party.

(Ovid, ars amat. 1, 229 ff. (gek.); in: MIR grün S. 56; 97 Wörter)

Dant etiam positis aditum convivia mensis:	
Est aliquid praeter vina, quod inde petas.	230
(...)	
Vina parant animos faciuntque caloribus aptos:	
Cura fugit multo diluiturque mero.	
Tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit,	
tum dolor et curae rugaque frontis abit.	240
Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro	
simplicitas, artes excutiente deo.	
Illic saepe animos iuvenum rapuere puellae,	
Et Venus in vinis ignis in igne fuit.	
Hic tu fallaci nimium ne crede lucernae:	245
iudicio formae noxque merumque nocent.	
Luce deas caeloque Paris spectavit aperto,	
cum dixit Veneri: „Vincis utramque, Venus!“	
Nocte latent mendae, vitioque ignoscitur omni,	
horaque formosam quamlibet illa facit.	250

- Ovid – Biographie
- Ars amatoria
- Parisurteil
- Metrik – Eleg. Distichon
- Stilmittel

Herkunft, Idee und Bedeutung Europas.

Themenkorb 7: Idee Europas.

Text 7a: Zusammenfassung des Mythos.

(Mythographus Vaticanus 2, 26; in: MIR blau, S. 8; 86 Wörter)

Europa fuit filia regis Graecorum Agenoris. Quae dum colligeret flores in pratis secundum consuetudinem puellarum, Iuppiter in formam speciosi tauri conversus eam vitiauit hoc modo:

Cum Mercurius iussu patris in Phoenicem transgressus esset, ut armenta illius regionis ad litus compelleret, Iuppiter in taurum conuersus est.

Cum se iumentis Agenoris regis immiscuisset et in amorem sui spatiantes in harena vvirgines coegisset, paulatim singulis alludens, novissime Agenoris filiam— cuius in amorem compulsusa averterat figuram— insidentem suo tergo in insulam Cretam detulit ibique concubitibus eius fruitus est.

- Mythos von Zeus (Jupiter) und Europa bei anderen Autoren (Ovid, Hygin)
- Fortsetzung der Geschichte
- Interpretation des Mythos als kulturgeschichtliche Entwicklung (Ausbreitung orientalischer Kultur in Richtung Europa (vgl. Kreta: minoische Kultur)

Text 7b: Die Kaiserkrönung Karls des Großen.

(Liber Pontificalis, Vita Leonis 3; in: MIR blau, S. 20; 90 Wörter)

Advenientem diem Natalis domini nostri Iesu Christi in basilica beati Petri apostoli omnes congregati sunt. Tunc presul manibus suis propriis pretiosissima corona coronavit eum. Tunc universi fideles Romani videntes tantam defensionem et dilectionem, quam erga sanctam Romanam ecclesiam et eius vicarium habuit, unanimiter altisona voce - Dei nutu atque beati Petri, clavigeri regni caelorum - exclamaverunt: "Karolo, piissimo Augusto a deo coronato, magno et pacifico imperatori, vita et victoria sit!" Id ante sacram confessionem beati Petri apostoli, plures sanctos invocantes, ter dictum est; et ab omnibus constitutus est imperator Romanorum.

- zeitliche/historische Einordnung (Machtverhältnisse in Europa um 800)
- Karl der Große als „Wiedergeburt“ der (west)römischen Kaiser
- Karl als Schutzherr des Christentums (Verhältnis Kirche – weltliche Herrscher)
- Karl als „Pater Europae“

Themenkorb 8: Religion und Staat.**Text 8a: Die Mailänder Vereinbarung.**

(Lactantius, De mortibus persecutorum 48; in: MIR blau, S. 14; 79 Wörter)

„Cum feliciter tam ego quam, Constantinus Augustus, quam etiam ego, Licinius Augustus apud Mediolanum convenissemus atque universa, quae ad commoda et securitatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus, haec inter cetera, quae videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, quibus divinitatis reverentia continebatur, ut daremus et Christianis et omnibus liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset, quo, quicquid est divinitatis in sede caelesti, nobis atque omnibus qui sub potestate nostra sunt constituti, placatum ac propitium possit existere. (...)“

- zeitliche/historische Einordnung
- politische Situation im röm. Reich um 300
- ursprüngliche Einstellung der Römer zu fremden Religionen
- Bedeutung der Vereinbarung für die Verbreitung des Christentums
- Konstantin = Förderer des Christentums? (politische Interessen Konstantins!)

Text 8b: Gefahr für Europa.

(Oratio Aeneae de Constantinopolitana clade et bella contra Turcos congregando; in: MIR blau, S. 24; 106 Wörter)

Quid enim viro bono et nobili magis congruit quam curam gerere fidei orthodoxae, favere religioni, Christi nomen salvatoris pro sua virili magnificere atque extollere?

Sed amissa nunc Constantinopoli,

tanta urbe in potestatem hostium redacta,

tanto Christianorum sanguine fuso,

tot animabus in servitutem abductis,

vulnerata est miserabiliter catholica fides, confusa turpiter nostra religio, Christi nomen damnificatum nimis atque oppressum.

Neque si verum fateri volumus, multis ante saeculis maiorem ignominiam passa est quam modo Christiana societas. Retroactis namque temporibus in Asia atque in Africa, hoc est in alienis terris, vulnerati fuimus: nunc vero in Europa, id est in patria, in domo propria, in sede nostra percussi caesique sumus.

- zeitliche/historische Einordnung
- politische Situation; Fall Konstantinopels = Ende des (ost)römischen Reichs
- Wortwahl: Europa vs. Asien, Europäer vs. „Heiden“?
- Vergleiche mit aktuellen Situationen (z.B. 9/11)

Witz, Spott und Ironie.**Themenkorb 9: Epigramme.****Texte 9a: Schwächen, Fehler, Laster**

(Martial, ep. 3, 8; in: MIR grün, S. 74; 14 Wörter)

"Thaida Quintus amat." "Quam Thaida?" "Thaida Iuscam."

Unum oculum Thais non habet, ille duos.

(Martial, ep. 1, 19; in: MIR grün, S. 74; 27 Wörter)

Si memini, fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes:

expulit una duos tussis et una duos.

Iam segura potes totis tussire diebus:

nil istic quod agat tertia tussis habet.

(Martial, ep. 2, 21; in: MIR grün, S. 75; 13 Wörter)

Basia das aliis, aliis das, Postume, dextram.

Dicis "Utrum mavis? Elige." Malo manum.

(Martial, ep. 11, 97; in: MIR grün, S. 75; 13 Wörter)

Una nocte quater possum: sed quattuor annis

si possum, peream, te Telesilla semel.

- Ursprünge der Textsorte „Epigramm“
- Martial als DER Vertreter der Epigrammdichtung
- Themenkreise bei Martial
- Sprachliche Besonderheiten: Sprachl. Aufbau, Stilmittel, Pointe...
- Fragen zu den Texten im Buch (S. 74-75)
- Form: wenn elegisches Distichon --> Erklärung

Texte 9b: gefährliche Zeitgenossen: Ärzte und Andere

(Martial, ep. 1, 47; in: MIR grün, S. 78; 13 Wörter)

Nuper erat medicus, nunc est vispillo Diaulus:
quod uispillo facit, fecerat et medicus.

(Martial, ep. 5, 9; in: MIR grün, S. 78; 23 Wörter)

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatae:
non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

(Martial, ep. 1, 10; in: MIR grün, S. 78; 27 Wörter)

Petit Gemellus núptiás Marónillae
et cupit et instat et precatur et donat.
Adeone pulchra est? Immo foedius nil est.
Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit.

- Ursprünge der Textsorte „Epigramm“
- Martial als DER Vertreter der Epigrammdichtung
- Themenkreise bei Martial
- Sprachliche Besonderheiten: Sprachl. Aufbau, Stilmittel, Pointe...
- Fragen zu den Texten im Buch (S. 74-75)
- Form: wenn elegisches Distichon --> Erklärung

Fachsprachen und Fachtexte.**Themenkorb 10: Medicina.****Text 10a: Der Hippokratische Eid.**

(Conarius, Ius iurandum (gek.); in: MIR blau, S. 122; 72 Wörter)

Neque vero ullius preces apud me validae erunt, ut cuiquam venenum sim propinaturus neque etiam ad hanc rem consilium dabo. Similiter autem neque mulieri talum vulvae subditicium ad corrupendum conceptum vel fetum dabo. Porro caste et sancte vitam et artem meam conservabo. Quaecumque vero inter curandum videro aut audivero, immo etiam ad medicandum non adhibitus in communi hominum vita cognovero, ea siquidem efferre non contulerit, tacebo et tamquam arcana apud me continebo.

- Hippokratischer Eid
- Abtreibung im antiken Rom

Text 10b: Die Vier-Säfte-Lehre.

(Galenus, De humoribus (ed. Chart 3. S. 150 ff.), (gek.); in: MIR blau, S. 124; 88 Wörter)

Quod in mundo elementum, id in animalibus humor est. Primum enim elementa, ex quibus constat mundus, sunt aer, ignis, aqua et terra. Tempestates autem, ex quibus annus constituitur, sunt ver, aestas, hiems atque autumnus. Humores vero sunt bilis, sanguis, pituita et humor melancholicus, ex quibus animantia componuntur et homo. Sanguis enim est calidus et humidus. Bilis autem et ignis sunt calida et sicca: Humor vero melancholicus est siccus et frigidus. Pituita autem frigida est et humida. His vero deficientibus vel exsuperantibus praeter modum morbi oboriuntur.

- Die Viersäftelehre
- Medizin im alten Rom im Überblick (Therapien/Schule von Kos und Knidos etc)

Themenkorb 11: Juristerei.**Text 11a: Rasur mit Todesfolge.**

(Ulpianus, Digesta 9, 2, 11; in: MIR blau, S. 142; 60 Wörter)

Item Mela scribit, si, cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manus eam deiecerit et sic servi, quem tonsor habebat, gula sit praecisa adiecto cultello: in quocumque eorum culpa sit, eum lege Aquilia teneri. Proculus in tonsore esse culpam: et sane si ibi tondebat, ubi ex consuetudine ludebatur vel ubi transitus frequens erat, est quod ei imputetur.

- Das 12- Tafelgesetz
- Schadenersatzrecht der lex Aquilia
- Strafrecht der Kaiserzeit
- Corpus iuris civilis Iustiniani
- mancipatio

Text 11b: Das versunkene Grundstück.

(Proculus, Digesta 18, 1, 69; in: MIR blau, S. 142; 71 Wörter)

Rutilia Polla emit lacum Sabatenem Angularium et circa eum lacum pedes decem: quaero, num, quia ii decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus crevit, proximi pedes decem ab aqua Rutiliae Polae iuris sint. Proculus respondit: ego existimo eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla, venisse, quatenus fuit, et circa eum decem pedes qui tunc fuerunt, nec ob eam rem, quod lacus postea crevit, latius eum possidere debet quam emit.

- Das 12- Tafelgesetz
- Schadenersatzrecht der lex Aquilia
- Strafrecht der Kaiserzeit
- Corpus iuris civilis Iustiniani
- mancipatio

Mythos und Rezeption.**Themenkorb 12: Mythos und Rezeption.****Text 12a: Pygmalion.**

(Ovid, Met. 10, 243 f.; in: MIR grün, S. 22; 84 Wörter)

Interea niveum mira feliciter arte
sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nasci
nulla potest, operisque sui concepit amorem.
virginis est verae facies, quam vivere credas,
et, si non obstat reverentia, velle moveri:
Ars adeo latet arte sua. miratur et haurit
pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Saepe manus operi temptantes admovet, an sit
corpus an illud ebur, nec adhuc ebur esse fatetur.
Oscula dat reddique putat loquiturque tenetque
et credit tactis digitos insidere membris
et metuit, pressos veniat ne livor in artus.

- Steckbrief Ovid
- Metamorphosen

Text 17b: Ödipus: Ödipus erkennt die schreckliche Wahrheit.

(siehe oben, Text 1a)

Formen der Lebensbewältigung

Themenkorb 13: Humanitas.

Text 13a: Grausame Spiele.

(Lactantius, Inst. 6, 20 10 ff.; in: MIR blau, S. 106; 89 Wörter)

Nam qui hominem – quamvis ob merita damnatum – in conspectu suo iugulari pro voluptate computat, conscientiam suam polluit, tam scilicet, quam si homicidii, quod fit, occulte spectator et particeps fiat. Hos tamen „ludos“ vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus secessit humanitas, ut, cum animas hominum interficiant, ludere se opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent.

Quaero nunc, an possint pii et iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis ac misericordiam deprecantes non tantum patiuntur occidi, sed etiam flagitant – nec vulneribus satiati nec cruore contenti.

- Humanitas
- 7 artes liberales
- Gladiatorenkämpfe

Text 13b: Auch Sklaven sind Menschen.

(Seneca, ep. 47; in: MIR blau, S. 104; 82 Wörter)

'Servi sunt.' Immo homines. 'Servi sunt.' Immo contubernales. 'Servi sunt.' Immo humiles amici. 'Servi sunt.' Immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. (...) Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex isdem seminibus ortum eodem frui caelo, aequae spirare, aequae vivere, aequae mori! tam tu illum videre ingenuum potes quam ille te servum. (...) 'Servus est.' Sed fortasse liber animo. 'Servus est.' Hoc illi nocebit? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, <omnes spei>, omnes timori.

- Steckbrief Seneca
- Humanitas
- Sklaverei

Themenkorb 14: Wege zum Glück.**Text 14a: Flucht vor sich selbst.**

(Seneca, ep. 28, 1-5; in: MIR blau, S. 108; 87 Wörter)

Animum debes mutare, non caelum. Licet vastum traieceris mare, licet, ut ait Vergilius noster, terraeque urbesque recedant, sequentur te quocumque perveneris vitia. (...) 'quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? premit te eadem causa quae expulit'. Quid terrarum iuvare novitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in irritum cedit ista iactatio. Quaeris quare te fuga ista non adiuvet? tecum fugis. Onus animi deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus. (...) At cum istuc exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. (...) Magis quis veneris quam quo interest.

- Steckbrief Seneca
- Vorsokratiker
- Stoa und Epikur

Text 14b: Das Leben ist kurz.

(Seneca, de brev. vitae 1 f.; in: MIR blau, S. 110; 86 Wörter)

Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo ut exceptis paucis ceteros in ipso vitae apparatu vita destituat. (...) Non exiguum tempus habemus, sed multum perdidimus. Satis longa vita et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. (...) Ita est: non accipimus brevem vitam, sed fecimus; nec inopes eius sed prodigi sumus. Quid de rerum natura querimus? Illa se benigne gessit: vita, si uti scis, longa est.

- Steckbrief Seneca
- Vorsokratiker
- Stoa und Epikur

Austria Latina

Themenkorb 15: Wien, Wien, nur du allein...

Text 15a: Prächtiges Wien.

(Enea Silvio Piccolomini, Historia Friderici III imperatoris (gek.); in: MIR blau, S. 42; 86 Wörter)

Vienna ambitu murorum cingitur duorum milium passuum, habet suburbia magna et ambitiosā fossā et vallo cincta. Urbs fossatum magnum habet, inde aggerem praealtum, moenia deinde spissa et sublimia, frequentes turres et propugnacula ad bellum prompta. Aedes civium amplae et ornatae, structurā solidā et firmā. Ubique fornices, aulae latae. Verum his aestuaria sunt loco tricliniorum, quae ab his „stubae“ vocitantur. Nam hiemis asperitatem hoc domitant modo. Fenestrae undique vitreae perlucent. In domibus multa et munda supellex. Equorum iumentorumque omnis generis capacia stabula. Altae domorum facies magnificaeque visuntur.

- historische Situation (Wien/Österreich im 15. Jh.)
- Informationen zum Autor des Textes (Piccolomini --> Papst Pius II...)
- Textinterpretation: Beschreibung der Stadt – aus Sicht eines Außenstehenden; einseitig/realistisch/unvollständig?
- Vergleiche mit anderen Städten dieser Zeit / Vergleich mit heute

Text 15b: Die sittenlose Bevölkerung.

(Enea Silvio Piccolomini, Historia Friderici III imperatoris; in: MIR blau, S. 42; 85 Wörter)

Vinum domi vendere nihil existimationi officit, omnes fere cives vinarias tabernas colunt, stubas calefaciunt, coquinam instruunt, bibulos et meretrices accersunt hisque cibi aliquid cocti gratis praebent, ut amplius bibant; sed minorem mensuram his dant. Plebs ventri dedita, vorax, quidquid hebdomadā manu quaesivit, id festo die totum absumit. Lacerum et incompositum vulgus; meretricum maximus numerus. Raro mulier est uno contenta viro.

Nobiles, ubi ad cives veniunt, uxores eorum ad colloquium secretum trahunt; viri allato vino domo abeunt ceduntque nobilibus. Plurimaeque puellae patribus insciis viros sibi deligunt.

- historische Situation (Wien/Österreich im 15. Jh.)
- Informationen zum Autor des Textes (Piccolomini --> Papst Pius II...)
- Textinterpretation: Wortwahl, Ausdrucksweise --> möglicher Zweck/Hintergrund der Beschreibung

Religio.

Themenkorb 16: Die Römer und das Christentum.

Texte 16a: Über die Bestrafung von Christen.

(Plinius, sp. 10, 96, 2-8 (gek.); in: LIUZ Religio, S. 114-115 bzw. Skriptum Religio R7a; 89 Wörter)

Interim, <in> iis qui ad me tamquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum. Interrogavi ipsos an essent Christiani. Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus; perseverantes duci iussi. Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeunte me deos appellarent et imagini tuae, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, dimittendos putavi. Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos. Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam.

- Christentum und römischer Staat.
- Kaiserkult

Texte 16b: Brand von Rom.

(Tacitus, ann. 15, 44; in: LIUZ Religio bzw. Skriptum Religio R6a; S. 111-112; 89 Wörter)

Mox petita [a] dis piacula aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Iuno per matronas. Sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis adfecit, quos per flagitia invisos vulgus Chrestianos appellabat. auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat; repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia confluunt.

- Rom als Schmelztiegel zahlreicher Religionen (Mysterienkulte)
- Christenverfolgungen

Begegnung mit dem Fremden.

Themenkorb 17: Römer und andere Völker.

Texte 17a: Herkunft und Aussehen der Germanen.

(Tacitus, Germ. 4; in: LIUZ Wilde bzw. Skriptum Fremde 9b; S. 53-54; 63 Wörter)

Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, tamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida: laboris atque operum non eadem patientia, minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inedia caelo solove adsueverunt.

- Germanischer Abstammungsmythos und gens mixta
- Bild der Germanen in römischer Literatur
- Die Germania – als Beispiel für antike Ethnographie

Texte 17b: Lebensweise der Germanen.

(Caesar, de bello Gallico, VI, 21, gek.; in: Skriptum Fremde 8a; 87 Wörter)

(...) Neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab parvulis labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur (...).

- Bild der Germanen in römischer Literatur
- Ethnographie zum Zweck politischer Manipulation

Themenkorb 18: Klischees und Stereotype.

Texte 18a: Klima und Charakter.

(Hippocrates, de aëribus aquis locis 53 f., gek.; in Skriptum Europa E6a 87 Wörter)

Etiam magnanimos magis eos, qui Europam incolunt, quam Asianos iudico. Nam similitudo et aequalitas segnitiem pariunt. Mutatio autem et animum et corpus ad exercitationem excitat. Augetur itaque a desidia et otio timiditas, ab exercitio autem et laboribus crescit virilitas. Unde bellicosiores quoque Europaei sunt, non ob hanc solum causam, sed etiam propter leges.

Doch auch innerhalb Europas sind die Völker unterschiedlich: Diejenigen, die raue und trockene Bergregionen bewohnen, sind großen Klimaschwankungen ausgesetzt et diversae et magnae formae progignuntur. Qui autem loca concava et aestuosa habitant ventosque calidos plus sentiunt quam frigidis et aquis utuntur calidis, hi magni quidem non esse possunt, neque bene compositi ac erecti.

- Definition „Europa“ – „Asia“
- Ethnographische Klischees und Vorurteile damals und heute
- Vorstellung des Zusammenhangs von Klima und Charakter (vgl. auch Vitruv)

Texte 18b: Die neue Welt: Menschenfresser.

(Americus Vesputius, Mundus Novus 4; in: LIUZ Wilde, S. 127-128 bzw. Skriptum Fremde T11b, 88 Wörter)

Omnes utriusque sexus incedunt nudi, nullam corporis partem operientes. Non habent pannos neque laneos; nec habent bona propria, sed omnia communia sunt; vivunt simul sine rege, sine imperio. Tot uxores ducunt, quot volunt. Et filius coit cum matre et frater cum sorore; praeterea nullum habent templum et nullam tenent legem. Populi inter se bella gerunt sine arte, sine ordine. Et quos ex bello captivos ducunt, non eorum vitae, sed sui victus causa occidendos servant; nam victores victos comedunt; et humana (caro) est eis communis in cibis.

- Ethnographische Klischees und Vorurteile damals und heute
- Der Barbarenbegriff in der griech./römischen Antike
-

Erläuterungen:

Die Stichworte zu den jeweiligen Texten stellen den **Erwartungshorizont** bezüglich Wissen zu Hintergrund und Umfeld dar. Häufig sind diese Inhalte auch in den jeweiligen Kapiteln der Lehrbücher zu finden. Grundsätzlich sollten alle Texte auch hinsichtlich Stil, Aufbau, grammatikalische Besonderheiten etc. hinterfragt werden – auch wenn dies nicht ausdrücklich erwähnt ist!

Abkürzungen:

MIR EM = Medias in Res 5-6, Ergänzungsmodule bzw. Sonderdruck für 2013/14

MIR grün = Medias in Res 7-8: Mythos, Liebe und Humor

MIR blau = Medias in Res 7-8: Europa, Politik, Philosophie und Fachliteratur

LIUZ Religio = Latein in unserer Zeit: Religio (Braumüller-Verlag)

LIUZ Wilde = Latein in unserer Zeit: Edle Wilde und grausame Barbaren (Braumüller-Verlag)

Skriptum = einzelne Blätter in Kopie mit Textnummer